



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


Provincia Litvaniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70132)



# PROVINCIA LITVANIÆ.



**I**N NOVE M Societatis domicilijs pro parte Lituaniæ (facta totius Prouinciæ Poloniæ subdiuisione ) seiunctis, quindecim supra ducentos Socij fuerunt recensiti. In Braunsbergensi vnus & triginta, Sacerdotes nouem, quorum Philosophiam vnus, & Mathematicam alter, tertius conscientia casus, profitentur: Præceptores alij quinque, Scholastici septem, Coadiutores decem. In Pultouienfi viginti sex, Sacerdotes octo; præter controuersias vni, & conscientia casus alteri Sacerdoti impositos, quinque Præceptores alia pertractant in totidem classibus literarum studia, Scholastici sex, totidem sunt Coadiutores. In Vilnensi Collegio duo & quinquaginta: Sacerdotes viginti quinque, è quibus Scholasticam, scripturas simul & controuersias; conscientia casus, Philosophiam, altioribus humaniorum litterarum scholis duabus singulis attributis, & totidem inferioribus classibus, duobus commissis, nouum docendi munus sustinent in vniuersum. His addendi Præceptores duo non Sacerdotes, Scholastici quindecim, 13. Coadiutores. Polociæ duo de viginti, septem Sacerdotes, Præceptores tres, Coadiutores octo.

Rigæ

Rigæ veterani nouemdecim : Nouitij nouem & viginti  
 Sacerdotes è veteranis 95. Præceptores tres , septem  
 Coadiutores . In Probatione versantur Sacerdos vnus,  
 Scholastici duo & viginti, Coadiutores sex. Derpatum  
 tres & viginti numerauit , decem Sacerdotes : quorum  
 vnus Rhetoricam pro domesticis nostris Scholasticis,  
 numero quinque profitetur, Præceptores duo , septem  
 qui circa domestica occupantur. Niesuisij sex supra de-  
 cem, Sacerdotes sex, quorum vnus humanitatem docet.  
 Præceptores aliarum classium duo , domesticis ministe-  
 rijs applicati octo. Igolani in residentia Sacerdotes 4.  
 VVarfauia tres Sacerdotes, Coadiutor vnus. Reliquum  
 numerum compleuere R.P. Viceprouincialis , eiusque  
 socij, Sacerdos alter, alter Coadiutor. Extremum obie-  
 runt diem Sacerdos vnus, Coadiutores duo.

## COLLEGIUM BRAVNSBERGENSE.

**X**ERCITIIS spiritualibus præter do-  
 mesticos externi quoq; nonnulli exculti sunt.  
 Præclarus de illis, fructu degustato, tulit iudi-  
 ciu, nobilis quidam Polonus ætate grandæus, ac  
 olim Melanchtonis hæresiarchæ discipulus , nunc in aliu  
 prorsus viru comutatus: vt qui inter medios hæreticos,  
 ne à periculo quidem fortunarum alienus ob propugnâ-  
 dæ Catholicæ veritatis constantiam apud omnes est in  
 admiratione, munificentia eorum per quos paupertati  
 Collegij consultum est, ad 300. summam florenorum  
 progressa est. Scholæ exeunte mense Iulio interturbata  
 non leuiter subita dysenteria lue, quæ non paucos ab-  
 sumpsit

sumpsit

sumpsit. Itaque cæteris ut vitam feruarent aliò commi-  
geandum fuit. Nostrorum interea charitati ampla obla-  
ta est occasio. Depulsa primùm animorum pericula,  
quod tali in tempore est pernecessarium, curandis de-  
inde affectorum corporibus cibi, & medicamenta qua-  
tumuis difficili tempore à Collegio subministrata, ac  
malum peruicaciter in quosuis ab ea tum infectione im-  
munes serperet, suburbanæ in hortis, ac prædijs domus,  
precariorum conquisita. Huic ægri ne plures eadem conta-  
gione interiret deportati: omnes tali calamitate per-  
commodis officijs, & auxilijs adiuti, ac leuati, seruati  
tamen, quin extinguerentur nequaquam complures po-  
tuerunt, plerorumque honorificè procurando funeri.

**B E A T I S S I M A E** Virginis Deiparæ Sodalitium  
operam suam magno pietatis impendit argumento. Et  
quatuor iuuenibus in studio Philosophiæ aliquantum  
progressis, hacque extinctis lue, Pomeranus erat quor-  
dam, qui è cœno Lutheri non plus quam ante mentem  
circiter emerferat, hic felicissimum se ratus, quod Ca-  
tholicis aggregatus supremum diem clauderet, fratrem  
qua potuit contentione orauit, hortatusque est grauius  
suam ut tuto loco hæresim detestatus constitueret salu-  
tem, cepitque eum, quem volebat, cohortationis suæ  
fructum. Conuictorum domum, quod magnum fuit Dei  
beneficium, clades hæc perquam leuiter attigit, sum-  
mi verò Pontificis alumnos, vi maiore, ac sæpius ve-  
luti repetita irruptione quassauit, nulla tamen penitus  
cuiusquam vitæ iactura. Ac diuinæ id quidem ante om-  
nia acceptum ferendum est erga utramque domum gra-  
tiæ, ac muneris singularis: cum ea tamen concurrat egre-  
gia vniuse Patribus industria, & insignis charitas. Lætiore  
etenim rerum oborta facies.

**A V C T V M** iam maturiore, & pristinum gymnasij  
redditur ornamentum, & ampliore insuper decore cul-  
milla

mulavit. Nam lectorum è prima nobilitate adolescentium numerum auxerunt tres Illustrissimi fundatoris nostri Ducis Niesuisiensis filij. Bonum scholarum nostrarum nomen ad externos etiam, ac potissimum in Daniam permanavit. Quo excitati primores Hassniæ (hoc illius regni caput est) nonnulli suos ad hoc Collegium direxerunt liberos, in id enixè incumbentes, ut in Pontificiorum referrentur alumnorum numerum. Eiusdem loci primarius quidam civis, partim ut filium, quem hic habebat, videret, partim ut alium adduceret, cunctaque præfens inspiceret, ad nos contendit (quod idem ante illum matrona quædam prima in Pomerania nobilitatis paulo ante fecerat) omniaque nostra, cum collaudasset, adiecit, se cuiquam Nostrorum illuc excurrere volenti ad faciendos pro gloria Dei fructus aliquos domum suam vel anno integro non denegaturum, idque neque arduum sibi, neque cum aliquo coniunctum periculo videri. Porro in ipsa Prussia Ducali, quamvis uniuersi religione diffideant à nobis: fatentur tamen non inuiti (quod grauis quidam vir, & in Principis ministerijs non postremus confirmavit) probari sibi instituendæ iuuentutis rationes à Nostris initas, ac susceptas: seque ac cæteros nobiles quo minus in suis erudiendis Nostrorum vrantur opera, solis Ministrorum suorum deterreri clamoribus, ac Ducis ipsius seuerioribus edictis retardari.

CATECHISTICA doctrina circa domum quidem in vtraque ciuitate nunquam intermissa, in villis autem per sæpe instituta multum profuit ad rudiorum auxilium. Eadè enim opera vitijs crebrioribus, ut ebrietati, ac ludis veniis obuiatum est. Nequam spiritus infestam reddiderat, vnus rusticani domum, suamq; iam volens efficere sua ibidem tali hospite, atque effectore digna parabat: luce clara in occulta hinc inde impulsis lapides

lapides

lapides volitabant, comminatione utensilium fragor exaudiebatur, varia à fugientibus res ad initium tentaculamentorum aliò deportatæ, pristino restituta loca visabantur. Sed ridiculus quoque veterator iste videri volebat: dapes perquam foedo instructas apparatus expectantibus obiectans. In ijs tamè proponendis veritas omnino mensam attingere, in qua ante sex circiter annos coelestis epuli Sacramentum fuerat constitutum. Tandem à Nostris illuc euocatis per Ecclesiæ adiurationes, & solemnem precandi ritum, iniqua possessione deturbatus, finem turbandæ habitatorum quietis ut faceret adactus est. Triginta sparsi per hæreses ad Catholicos collecti: vnusque ex ijs Minister Verbi, Dux seductorum, atque errantium Magister, matura iam ætate impie vsurpatum, pie deposuit munus, atque ex ordinarij auctoritate vinculis quibus se inseruerat, palam exsolutus est. E missionibus vna fuit hoc anno primum ad locum peregrinationis celebrem instituta, nec sine bono contentium numero, obita est.

## COLLEGIUM PVLTOVIENSE.

**P**OST tentatam in hoc Collegio nonnullorum valetudinem nullum (quæ Deo Optimo gratia debetur) funus elatum est. Numerum nongentorum iuuentus quæ Nostris institutoribus formatur expleuit. Anteeunt Parthenici Sodales. Ex eo flore septem decerpit Societas. Ne plures transplantarentur tyrocini domus obstiterant angustie. Duo ex insignioribus, eò dedere ampliorem spem durationis, quò parentes (quos ante refractarios habebant)

pia non sine lacrymis comprecatione Deo tandem in So-  
 cietate seruituros, sunt profecuti. Submisit hoc Colle-  
 gium in alios quoque religiosos Ordines aptos ad eo-  
 rum incrementum adolescentes. Reuerendissimo (cuius  
 in ciuitate hoc Collegium est) vtimur beneuolo, & am-  
 plificandi eiusdem percupido. Exploratum enim iam ha-  
 bet rem eius multo quàm credi potuisset tenuioré. Atq;  
 certa iam nostros spe esse iussit, de non dubia ad Colle-  
 gij foundationem accessione. Seminarium Dœcesanum  
 nuper erectum auctius in dies vt succrescat non inter-  
 mittit. Illa verò ipsius in nos studiorum in luce sunt in-  
 ditia, quòd vir alioqui grauissimus, & Senator dignif-  
 simus, substracto alijs grauioribus curis tempore, nostris  
 illud aut disputationibus, aut audiendis ncnunquam le-  
 ctionibus impendit. Et quam ipse ex ea re iucunditatem  
 capit, eandem vt referant, qui ipsum inuisunt viri huius  
 Prouinciæ illustres auctor ipsis solet esse perlibenter.  
 Quadragesima fuit hoc anno spiritali messe quâ olim  
 multo cumulator. Quinque hæresis discussa nocte, lu-  
 cem veritatis aspexerunt.

FVIT etiam foris sæpius à Nostris susceptus labor  
 in dicendo, & vitæ mutatione suadenda permultis salu-  
 ti. Tum autem maior, atque ad plures in excursionibus  
 fructus manauit, cum vsitatæ in parentando conciones  
 Nostrorum ad id accersitorum à plurima nobilitate au-  
 direntur. Commune autem est Nostris euocari quoties  
 contigit quempiam à nobilioribus in vicinia è vita de-  
 cedere. Hac occasione ad neglecta vitæ Christianæ of-  
 ficia nonnulli reuocati ac perducti; plerique, vt aliud  
 quàm olim sentiebant, de Societatis instituto tenerent.  
 Exercitia spiritalia præter Nostris obiuère extranei  
 sex. Prælatus vnus Polocensis Cathedræ, alter cuiusdam  
 Præpositus Ecclesiæ, reliqui variorum Locorum Curio-  
 nes;

nes; Artium Baccalaureus vnus, qui hoc præ ceteris  
 affecutus est, vt Societatem sibi deligeret.

## COLLEGIUM VILNENSE.

**D**VO supremum obiére diem, vterque rei ad-  
 minister domestica. Alter Felix Bogdub-  
 roich ex maiori Polonia, vltra quadraginta  
 progressus annos, è quibus decem & octo in  
 Societate, tredecim in æditui officio exegit, non sine  
 magna tum Nostrorum, tum externorum approbatione,  
 laboris patiens, & assiduo orationis studio conspicuus.  
 Alter Stanislaus Libera in minore Polonia natus, quin-  
 quagenarius penè, viginti quatuor annos Religioni de-  
 ctos in Sutrina contriuit, & quamquam æuo fractior,  
 in seipsum tamen seuerior, & corporis maceratione om-  
 nibus spectabilis. Eorum iacturam Dominus aliunde ac-  
 præsertim è familia Mariata in ordinem nostrum sub-  
 missis, cumulatè sarciiuit. Ante octennium migravit è vi-  
 ta Pater Antonius Arias natione Hispanus, vir præter  
 singularem eruditionem sui despicientia excellens, alie-  
 næ salutis studiosissimus, denique virtuti per omnia de-  
 ditissimus; hunc cum viuum omnes mirificè obseruaret,  
 ac serenissimus in primis Rex Polonus, Stephanus, cui  
 & à concionibus fuit, nunc etiam mortuum colunt. Cer-  
 tè ipsius explorata sanctitas ita multis in animo hæret, vt  
 Illustris. Princeps Nicolaus Christophorus R. Adue-  
 lus Collegij Niesuensis fundator, à R.P. Generali con-  
 tenderit, liceret sibi, arà loco peculiari D. Iacobo ere-  
 ctà sub eadem ossa illius recondere: quod tamen cum  
 vel



vel ob insolentiam rei, vel molestiæ causa fuisset ei negatum, è communi sepulchro in Sacellum Parthenicum, cui etiam pius Pater sedulam olim operam locarat, transferri, & paulò honorificentius tumulari curavit.

**M** IN proximorum accurranda salute Societatis munera præstata, laboratumque est in scholis, templo publico, foro, carcere, & aliquis in singulis, vniuscuiusque laborem fructus subsecutus. Verbum diuinum idioma Polonico, Lituanico, Germanico prædicatum. Multis, vt vniuersæ vitæ maculas confessionis lauacro eluerent persuasum. Pellices nonnullis ereptæ. Veneficarum decem pactum cum dæmone rescissum. Coniuges solo consensu, matrimonijque lege ligati. Spectata est & in alijs religiosis actibus cjuum pietas. Exemplo superioris anni instituta fuit à Nostris ad Ecclesiam Deiparæ Trocensem (distat hac ab vrbe quinque circiter leucis) religiosa antiquitate augustam, & verè miraculis non obscuram, solemnis supplicatio, qua salubritas aëri Pastor Lituariogregi, toti regno pax, & tranquillitas à Deo orabatur. Eam plurimi nobilioris etiam complexionis Nostros imitati, suis pedibus multi etiam nudis, via alioqui montuosa simul & arenosa sunt secuti: exhortationes post singulos lapides exhibita, quas perpetuò sacrorum hymnorum & psalmodiarum excipiebat melodia. Adjuncti cõplures ordines seipso flagris cadentiũ. Eodẽ ritu in urbẽ reditum. Quæ quidem res ita multorum coepit animos, vt tum illorum, tum aliorum, qui se ab illa pompa abfuisse vehementer dolebant, hortatu, & precibus insequenti mense simili cœrimonia fuerit repetenda. Hæresim quatuor & quinquaginta eiurarunt. Schismatici viginti quinque sese Romano Pontifici subiecerunt. Vir & puella Hebræi Christo nomina sua dederunt.

**P R A E B I T V M** & corporibus auxilium: tribus continuis Autumnis frumentum angustius obuenerat,

fed maximè postremo, quem præterea nonnullorum potentiorum auidior ad rem prouiso difficiliorem reddiderat: & iam fames viciniam obtinebat, quam exasperabat hyems sæuissima, qualem pauci in his oris memorant. Multi in vijs, in compitis, & vicinis insolito algore examinati obriguerunt. Horum plurimis in vnum Pochotrophium aliquot domicilijs dispersitum coactis, industria Nostrorum, & liberalitate incolarum ita prouisum, vt & frigus fomentis, & fames alimentis à corporibus depelleretur. Quanquam nongentis ferè, quòd extrema iam inedia confecti penitus, eò confugissent, frustra remedia adhibita. Et quamuis frequentes morerentur, multò tamen frequentiores aduentabant, vt multo tempore aliquot centena numerarentur, qui omnes vnus Nostrorum studio & in conquirendis eleemosynis solertia, non solum sustentati, sed etiam sæpius lautius habiti: stans quippe temporibus inuitati ciues epulam præbuere, edoctique sunt non modò pauperum mens ministrare, sed etiam eorum pedes demissè abluere. In quo officio dum Noster, qui præerat ad edomandam sensuum voluptatem sæculenta & putrida aqua manus, & faciem tingere, aut potiùs fœdare cœpisset, certatim alij exemplum eius secuti, nil fluitante sanie absterriti haurire, & quasi nardo faciem delinire. Et quanquam pauperum inopum magnam vim pecuniæ absumeret, continuata nihilominus est fabrica in vsum pauperum anno elapso inchoata, septemq; florenorù millia in eum vsum à pijs collata, quo factum est, vt iam ædes Diui Stephani debitum ad fastigium sit deducta, multaq; materia nouo Xenodochio erigendo præparata.

IAM verò neque vrbani infirmi suis auxilijs sunt destituti: multis per Nostros solatia oblata, consilia suppeditata, salus recuperata: quod vno, alteroque exemplo illustrius euadet. Graui morbo quemdam afflictum conuenerat

venerat Pater, ac cum in detestationis scelerum, poenitentiaque necessitate solerter laborasset, neque tamen animum quo cupiebat impelli, videret abiturus sacras vasculo conditas reliquias sub aëri puluinem, ac caput tacitus inferuit, pro quo insuper dum Deo supplicat, paulò post ad eundem euocatur, vt audiat confitentem rogatur, hic mentem meliorem recepit, vt plures etiam valetudinem ex attactu sacri repositoriij receperunt, cum etiam sola Euāgelij recitatione, imò sola S. Casimiri, qui est huius soli diuus indiges, & tutelaris, inuocatio à Nostrijs suggesta, in plerisque eundem euentum habuit. Et hæc certis locis & personis peculiaris, illud quasi omnibus commune, quod ideo ad calcem reijci libuit. Coiereant Vilnam, qui ganeq̃ Calvinistica popinam cæteris inhalant, & erant tunc tribunalitia subsellia nobilitate non Lituānica modò, sed Polonica etiam, & Ruthenica frequentissima: hi à quodam illustri viro non ita pridem ad Christi ouile reducto, in conuiuio priuata primùm quasi vellitatione laceffiti, deinde ad publicam concertationem cum Catholicis Doctoribus sunt euocati. Hæere illi primùm aliud se acturos venisse, contentiones sibi perosas esse: sed cum hinc verbis eximij viri, inde pudore premerentur egregij veteratores, ne fugere omnino viderentur, patronos seu præfides viros suæ lectæ principes nominant, locum ab Academia seiunctum deligunt, argumentum proponunt, modum præscribunt, denique tempus feriarum Pentecostes definiunt: vt dum eas leges quas Nostros certò repudiaturos non dubitarent præfigunt, negotium quidem reip̃sa effugerent, estimationem tamen suam etiam cum Nostrorum detrimento integram conseruarent: modificatis tamen aliqua ex parte Illustrium virorum opera conditionibus vnus Noster oppositus est omnibus pseudomiltis. Ventum est ad pugnam, & pro viribus de Romani Pontificis

principatu, qui aduersarios acrius remordet, vtriusque in confessu nobilissimorum hominum sex horis certatus, defensa est strenuè Monarchæ visibilis in Ecclesia maiestas, auctoritate præsertim sacrarum litterarum, & heretologi ita intricati, vt iudicio prudentum, viam selespediendi non inuenirent. Inuitabantur postridie, vt in dogmata, qui oppugnauerant nostra, vicissim propugnerent, sed nimirum gallina cecinerat, res domestica, res, moles negotiorum obtendebantur, plaustra impedimentorum obijciebantur. Confixit hic euentus sectariorum oculos, tamen (vt sunt indolis probè medicati) cum rebores egregiè dissimularent, non erubuerunt mendaciorum impudentia veritatem obscurare. Verùm diuino planè consilio factum est, vt dum vnus ex illa colluue, nobilitate, & officio non infimus, honorario prædico à Catholico viro nobili prolixè exceptus, declamatores suos in illo congressu Iesuitis superiores euasissè asseueraret: sed rationes (ijs qui aderant facile refellentibus) frigerent, maiora probabilitatis momenta querens, seipsum diris deuouere, sibi haustu poculi quod manebat, lucis, & vitæ vsuram indignis modis interdiceret, si res aliter se haberet, videns & viuens interiret: ausus præterea Eucharistiæ Sacramentum, Missæ Sacrificium, Deiparam, aliosque coelites impiè sacrilega lingua incescere. Verùm diuina prouidentia, quæ rebus humanis non indormit, præstò ad defensionem veritatis adfuit. Dum ingeminat, crastina luce non fruatur, si victoria penes Catholicos stetit, repente irrauescere, simul expallescere, sensibus destitui, anhelitu præfocari, ac tandem collabi. Assessores attoniti erigere primùm labentem, frigidum inclamare, confricare, quid haberet rogare; at vbi exanimem proorsus esse manibus tractando deprehendunt, horrore perfusi, informe cadauer quantocyus ex oculis auferri præcipiunt. Illud seriò animo

repo

ponentes, & grauius acclamantes, Veritatem nunquam impunè illudi, multò minùs oppugnari.

## COLLEGIUM POLOCENSE.

**C**HOLAB minùs licet sint frequentes, quàm pro huius amplitudine Palatinatus; constant nihilominus è nobilium, eorumque hæreticorum, aut schismaticorum liberis ex parte non contemnenda. Repertus est vnus, qui maturiore ætate hæreticus ad nos cum venisset Catholicis aggregari voluerit, publiceque iam frequentet sacramenta in Deiparæ aggregatus Sodalitatem, nihil potentem patrum veritus, cuius impensis hic apud nos victitat, ab eiusque dependet fortunis. Aggregati ad Catholicos è schismate plures decem, duo itidem ab hæreticis ad Ecclesiam transferunt. Rarum, atque hucusque haud vsitatum Catholicis spectaculum diues & copiosum, quod misericordiæ Deus hic exhibuit. Anabaptistæ cuiusdam nobilis, & locupletis viri, at obstinati peruicaciter filia, virgo matura, Baptismi gratia ad nos confugit. Matrem habebat linguæ pariter, & aurium destitutam vsu, cum ea tamen nutibus, & signis ad eò dextrè rem confecit, vt minimè redderet repugnantem. Egit rem occultis cuniculis pædagogus filiorum eiusdem Anabaptistæ, adolescens Catholicus, remque Catholicorum non oscitanter inter perfidos agens. Hic ne quid perperam in re tanti momenti moliretur, accurrit ad Nostros semel, ac tertio Polociam, aliud quid prætexens, ne rem indicio aliquo inimicissimo Catholicorum virginis intactæ parenti, propalam daret. Edocent Nostri, instruntque de ne-

cessarijs iuuenem. Denique opere feruentem, iamque matura ad messem fruge denunciat pædagogus fixum & ratum virginis animum, matrem non modò reclamantem, at hilarem, adeoque in gratias Deo agendas fam futuram spectatricem. Pulchrum commentum per filiam apud virum mater; liceat illo non inuito ca filia visere Polociam, mundi muliebris comparanda gratia. Ille nil quod metueret subesse ratus, quin ipse quoque aliud abiturus in prædium permittit quàm liberè liter. Veniunt mater, & filia Polociam, nec mora, filia virgo solemnè, eoque publico initiatur vsu, spectat mater perfusa lachrymis, & ipsa prout potuit per poenitentiam peccatis expiatur. Turbauit vehementer patrem postmodum vulgatum pietissimum filia factum. Crudelis ille primùm spirare minas, ipsumque ad ortus Acherontæ commouere: eò deinceps rem perduxit, vt irritis nefandis conatibus, ipse sibi de tam magnifico opere silendum in posterum statuerit. Tertia Quadragesimæ hebdomada, profesto licet die, publicè hæc transacta sunt. Alinae autem ipsa eadem virgo cum parente sacramentorum causa rursùm Polociam repetijt, nec quicquam hæc de constantia imminuit.

VIR nobilis, & quondam militaris, tetrìs Caluinianæ perfidia pedicis totos triginta annos illaqueatus, magnæ benignissimi Dei clementia sese tandem ijs exsoluit. Nepotes duos demortui filij pupillos in scholis nostris habebat pueros planè necdum maturos profectui, qui tamen semel atque iterum è scholis reuerfi, quæ de Religione audiendo perceperunt apud senem efferunt, quin preces quoque adiungunt molliores, auumque suam negligeret salutem obtestantur. Cœpit ille sensim visere Ecclesiam nostram, & latenter interesse concionibus abiecta deinde, quæ illum in obscuros propellebat angulos verecundia, publicè se Catholicis adiungit, optatamque

post diurnas tenebras, fidei lucem lætus, & totus gratulabundus aspexit. Duo alij ad hunc imitandum, non vulgaribus indicijs prædunt se accinctos, ac vnus præcipue, qui Caluiniana relicta synagoga assiduus est fermè in Ecclesia nostra, tam festis, quam alijs temporibus: Faxit Deus vt superent equidem ingentes, quæ hîc ipsis obijciuntur impedimentorum moles.

TOTA hîc ( si statum attendas ciuitatis, & circum circa regionis ) penes hæreticos, & schismaticos est potentia: hac illi in Catholicos numero & viribus longè inferiores, perquam petulanter abutuntur, eaque deterrent permultos ratione, quominus Catholicis volentes, & probè rem intelligentes communicent. Luerunt quidem hoc anno insignes temeritatis & petulantia suæ poenas, non sanguine tamen, & capitibus (quæ Catholicorum clementia est) sed carceribus plerique, ac fermè omnes multa pecuniaria, ac fortunis, ob grauem, & periculorum plenam seditionem commotam in Pentecostes ferijs. Ansam arripuerant ex allato Regiæ Maiestatis decreto, ne mercatoria tabernæ in Catholicorum paterent festis; atque adeo ne publica, eaque seruilia eisdem diebus exerceretur opera, correcti Calendarij hostes acerrimi perquam iniquo id accepere animo, & primùm quidem tergiversari, mox aperta vi repugnare: Primus qui Regis, & Palatini promulgabat Nostris decretum, quo ciues tenebantur Catholicis zelosus, virq; nobilis Viceprætor in apertissimum deuenit discrimen, eidem cum ipso subiectus erat alex vnus Consulum Catholicus. At in nostro templo quodam veluti in asylo, vitam tutati sunt: sacrum tum fortè summum inchoabatur, eoque vterque causa furentis plebis concursu deflectens, versus diuinam pergebat ædem: plebs nihilominus furens euntes ad templum insequitur; eadem qua initio exarserat rabie. Ast vbi ad portam ventum est

coemiterij, veluti diuina quãdam vi repressi vltra progredi non attentarunt. Vociferari deinde coeptum est contra Nostros, sufflant furenti plebi perditæ nonnulli munitiones: completur forum clamoribus: saxi rursus structi turmatim passim volitant, qui cohiberet inuentus est nemo, qui incensorum inflammarent animos reprobantur plurimi. At ne capillus quidem capitis cuiusquam Catholicorum contra diuinum nutum defluxit.

AD oppidum quoddam remotius, (Lukomlum dicitur) primarijs nonnullis viris enixè flagitantibus pro Palchæ ferijs à media fermè Quadragesima Sacerdos nocte profectus, messem habuit copiosiore, quàm vt vnus eius solusque posset sufficere. Per multi rudes instituti doctrina Christiana, nonnulli iam decrepiti tum primum ad diuina admissi mysteria. Catholici, quod pridem iam idoneo destituti essent parocho, nulli ducebant sibi religioni schismaticis adhærere. Hi de periculo in catechesi tepius edocti, propriæ quærendæ salutis occasionem non neglexerunt. Præter alios communiore, tres integræ familiæ non paucorum sane capitum numero ab illis deus in rectum deducti sunt iter. Duo viri nobiles Ecclesiæ redditi, alter omnes peruagatus sectas, cum ad extremum ex Anabaptistica non parum degustasset, atque attento similis iam tandem hæssisset, continuis impulsus conscientiæ tormentis ad aliquot cum nostro Sacerdote priuata descendit colloquia, seseque pestiferis pestilentium errorum laqueis exiit feliciter. Alter assidua cum hæreticis consuetudine labefactatus, iamque vt caderet impulsus, atque pœnè euersus, Christo benignam porrigente dexteram erectus est. Quatuor maioris momenti schismati renunciarunt. In his erat præcipuè Nobilis virgo, nata & enutrita in schismate: post matris autem obitum, viduæ cuidam pari nobilitate conspicuæ, hæresin amentem admodum deprauatæ à superstite parente, & fratribus



bus commendata. Captabat prudenter, & cautè occasionem Nostros audiendi cum esset opportunum, plerisque deinceps accurate perceptis rem cum paucis propinquis optimis Catholicis communicat, statuisse se omnino in numerum Catholicorum referri. Atque hoc ipsum (inuita licet, & fremente illa vidua) generoso perfecit animo, eiusque spectata deinceps fuit constantia. Mohileui quoque admodum frequenti, tota tamen schismatica in ciuitate, leucis à Polocensibus quadraginta, alius è Nostri Sacerdos per idem Paschæ tempus moratus, adiuuit permultos. Matrôna etiam quædam è præcipuis magno viri Catholici gaudio hæreseos detestata errores Catholicam complexa est religionem.

COLLEGIUM RIGENSE, ET DOMVS  
PROBATIONIS  
ibidem.

**D**OMICILIVM tenuiorum adolescentum seminarij instar Liuonici futurum hoc anno institutum est. Triginta iam fermè in eo viuunt. In sustentandos illos quadringenti pene floreni per eleemosynam à diuersis distributi. Ac post Reuerendissimum Venetensem in tam pio, Deoq; grato opere Illust. D. Cæcell. excelluit, inter primos meritò censendus est, centum quot annis florenos, quo ad ipsi vitam Deus prorogarit, à se illum in vsum numerandos spopondit. Sodalitium præterea B. Dei Matris ipso eius in caelos Assumptæ die accepit opratum pari felicitate exordium. Cui nomina sua ijdem Regij Commissarij ante alios omnes dedere. In ornamenta sacelli futuri ijdem per-

liberales extitère. Nec contentus Illustrissimus Cancellarius primo illo in aditu rem necessarijs promouere subsidijs, certam præterea pecuniæ summam, quoad ipse uet, in eisdem annuatim dicauit vsus. Protectoris onus uerendissimus VVenctensis nõ detrectauit, dato antiquo aureo numismate, valore decem ducatorum, in quo præelegans Deiparæ expressa imago uisebatur. Perdifficile porrò huius ipsius Ciuitatis ratio, uel ex eo facile intelligitur, quòd tota Lutherana lue infecta, atque hæctenus ministris dementata, & semper nobis maximè aduersa fuit. Quamuis hoc tempore paulatim hinc inde, exemplis varijs, & occasionibus mitescere uideatur. Nihil tentatur à Nostris, at non magno semper profectu. Noquam tamen quamdam spem ex ijs quæ sequuntur officio nobis Clementissimi Dei Bonitas.

REPERTVS in primis vnus est è ciuibus, Nostris ut iam præferebat studiosior, quàm hæctenus forte in hac Ciuitate quisquam potuerit inueniri. Ac nouus ille quidem est, ante annum quippe è Germania huc à Senatu accersitus, auctoritatem nihilominus ille conciliat, quod omnes tum eruditionis fama, ipsiusque Iuris utriusque doctoratus prærogatiua, & uerò etiam professor olim fuit VVitembergensis, tum Sindici munus in ciuitatibus Germanicis haud ignobile diu sustinuit, quem ille Magistratum breui hic est assecuturus. Affirmauit se operam nobiscum esse quotidie. At cum id ob Senatus, & ciuicum metum publicè dissimulet, sub nocte nos aliquoties adit ad cœnâ in refectorio adhibitus ordinem, ac modestam fratrum admirâs, hæc aiebat: Est uerè uita Philosophica libros Catholicos auidè iam, ac diligenter peruoluit, capitur maximè controuersijs Bellarmini, nec minus delectant illum annales Baronij. Periucundam sibi cum Patribus ait esse conuersionem, atque ad multa discenda perutilem, nilque se tale ex suorum conuictu, vsuque ministrorum

nostrorum familiari percipere. Sperat ubi in eam incubuerit partem, quod benigniore simus vsuri Ciuitate, & primarijs quibusque, ac fenatu ipso. Efficiam enim, inquit, vt Numine propitio vos, vestramque cognoscant doctrinā. Agit interea benignissimus Deus in nō paucorum animis partes suas, offertque salutis viam admodum expeditam. Quo in genere fuit hæretica quædam mulier morbo graui implicita, quæ vt vouit se fore Catholicam cum valetudine recepit simul fidei lumen. Adolescens præterea quidam annos, vt putatur, natus septemdecim vnā cum lingua Polonica, cuius perdiscendæ causa missus à suis illuc fuerat, Catholicam tenaciter imbibit Religionem, indignumque arbitratus eam dissimulatione tegere, in lucem protulit apud suos. Deslagrarunt odio parentes, & propinqui, ac defatigati in admouendis quibusuis ad expugnandum adolescentis animum machinis, vnā cum fraudum architectis buccinatoribus, eum tandem sibi ipsi relinquendum decreuerunt, expertique propugnatoris insuperabiles cum constantia vires, ne velitando quidem iam laceffere audent: quin conuersis in amorem odijs magnitudinem admirantur animi, ac prædicant. Alius quoque isto iuuenis maturior, primaria & ipse quoque huius ex ciuitatis familia, hæreticus esse desijt, estque hinc, vt confiteretur securiùs, Derpatum directus.

QVAE de crebris, & plurimi fructus ad Lotauorum pagos missionibus iam adnotanda essent, quia longiorem postulant narrationem, peculiari descriptione erunt exponenda. Libet nunc alias Nostrorum in varia loca non infructuosas persequi excursiones. Per ampla sanè in ijs fuisse collectā messem argumēto sunt confessiones quas generales vocant, maximè circa sacratissimum Paschæ tēpus septingentorū septuaginta sex: cōsuetarum enim iniri certus non potuit numerus. Heretici, & schismatici ad tres, & quadraginta resipuere. Admissi ad sacrum baptisma Turca,

ca, & Iudæus post sufficientem in rebus fidei institutionem, & constantiam vtriusque diuturnis experimentis probatam. Iam enim alibi à Nostris exerceri cœperatis ex causis, cū in Comitatu illustris & Magnifici Domini Cancellarij versarentur, hīc demū in Liuonia voti facti sunt cōpotes. Baptizati sunt & alij cōplures, & matrimonio iuncti varijs in locis, in quibus nulli penitus repuebantur Sacerdotes. Porro Vendenfis Nostrorum commemoratio, & diuturnior, & primaria hoc anno fuit. Is enim locus ad constituendam in certo statu Liuoniæ Provinciam à Regijs ante nominatis Commissarijs delectatus, & amplius menses confluentis frequentia Nobilitatis, ipsoq; Commissariorum copioso comitatu fuit percelebris. Nouum hīc quiddam, atque antea nunquam haud dubiè visum permulti è Catholica nobilitate factis sancto Parasceues die ediderunt, cū flagris in seipso publicè in sacra æde desæuissēt, lineis in eum vsu liberalitate aliquorum cōemptis, qui deinde Collegescesserunt. Duces, atq; antesignani fuere iam dicti Seniores, valuit que hæc res ad exemplum permultum. Venit à Vendenfis Mitauiam (quæ Metropolis Curlandiæ) vocant nos aliqua omninò non prætereunda. Nostris, ut illuc penetrarent (inaccessam enim ad illum penè diem habebant Curlandiam totam peste Lutherana penitus corruptam) viam Illustrissima Ducis Curlandiæ filia, olim Alberti Raduilli, principis Lituaniæ Marsalci relicta vidua, & ipsa ad Catholicos Nostrorum opera ante plures annos adiuncta, nata alioquin, & educata in hæres. Vidua igitur apud viduam parentem in Curlandia agens Catholicæ primū Religionis exercitia Sacellanò secum adducto, pro se, suoque gynæceo, ac reliqua famulorum turba, vt permetteretur, obtinuit. Nostris deinde eadem euocauit nō rarò, vt hac opportunitate vsi cum fratribus

eius Ducibus, quos habet duos, agere de religione posset. Neque omnino irriti, tali via suscepti conatus mansere. Minor enim natu frater præclaris iuuenis dotibus, multa Nostris amoris, ac benevolentia signa exhibuit. Catholicum quemdam librum grato ac lubenti accepit animo, oblatum à Sacerdote nostro. Nostrorum denique ad vsum preces iam efflagitat, alijs præterea nonnullis iudicijs sperare nos facit futurum aliquando, vt sit Catholicus.

PRO ferijs publicè Sanctissimæ Eucharistia venerationi institutis, placuit iuniori Ducissæ Rigam visere, vt solemnem, tum circa templum nostrum ex more Catholicorum haberi consuetam processionem, sua ipsa quoque exornaret præsentia. Mouit rei nouitas vniuersæ ad spectandum effusæ ciuitati admirationem. Ministris tanti facinoris indignitas, & certum plebeculæ ab ipsis dementatæ (vt ipsi quidem interpretabantur) offendiculum, atram conciuit bilem. Discebant enim à suis bis in die, ab illa debitam Christo venerationem in diuino illo epulo præsentis, feruenti præce, humilique habere inclinatione. Matrem igitur furibundi interpellant, reuocarent quamprimùm filiam, permoueri eius exemplo populum, ac ipsa dignitate personæ valere illum tali exemplo ad imitandum non mediocriter. Fecit parens quod volebant: quin iisdem haud dubiè, & alijs auctoribus periculum in euertenda filia constantia facere non addubitauit. Mobilem igitur, ac vulgatæ apud suos gloriæ Archiministrum lingua promptum, à soliditate doctrinæ alienissimum, suasu suorum statuit committere cum quopiam è Nostris Riga euocato. Paret noster euocanti. Venit Mitauiam pridie ante condictum certamini diem, terroque cum Archiministro conflictu victor euadit. Nihil non pollicebatur sibi de se Trafonicus ille Lutheri miles, aliquot sui similibus stipatus Prædicantibus, vniuersaque

que circumfusus multitudine in perampla ei congressio-  
 ni destinata coenatione. Manu primùm Græca, Latina,  
 Germanicâque biblia pulsans, hæc, aiebat, iudices litterarum  
 inter nos diriment. Atque ea cum primis re suam per  
 deterrimam magis ipse vertit causam, cum ipsi us diffi-  
 æquitas, conuitijs primam instruxit aciem. Ego, in  
 palam omnibus sum facturus Iesuitas hæresiarchas  
 falsos prophetas, Verbi Dei corruptores, seductores,  
 puli, doctrina & vitæ ratione corruptissimos esse. H  
 syllogismo non aliud primò responsum est, quàm quod  
 simili causa, mitis, & humilis I E S V S, Iudæis respon-  
 Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem. V  
 rum vt auditoribus satisfaceret, quod ad Hæresiarchas  
 tinebat, vbi id à se, suisque sufficienter Pater remon-  
 duodecim deinceps Lutheranicis recensitis articulis  
 rē docuit Lutherum, eiusque sectatores nulla cuiusque  
 illorū iniuria, nulloque conuitio, & contumelia aptius  
 Nouatores, & hæreseon dici fabricatores. Difficile  
 nō agnoscere Lutherica, multo difficilius ea, vel à noua-  
 te, vel à corruptela vindicare. Excussis primò in combi-  
 armis, Archiminister sex horarum spatio, sæpius vt can-  
 assolent cum morsu nocere nequeunt, in latratus impo-  
 tunos effusus, obstupefacto similis, iam hæc, iam illa e  
 uijs conquesta in Iesuitas effundebat: neque verò septem  
 sequentis diei horis, & continuis octo tertij, aliud oper-  
 precium fuit. Ad extremum cum nil ex Arnoldi Philipp-  
 ca in nostrū institutum furibundus non cōiecisset, sine  
 denique imponi concertationi enixè à Ducissa senex  
 flagitauit. Enimverò malè habebat Veteratorem callid-  
 simum rem adeò benè, atque euidenter in propugnatio-  
 Catholico dogmate à nostro, ad auditorum captum  
 pius in luce constitutam. Metuebat omnino ne que  
 morum consequeretur mutatio. Quod & Ducissa heret-  
 ca cum non minus timendum iam aduerteret, hand gra-

iatè annuit pugnam detrectanti, iamque tot lapsibus ad  
 erigendum difficillimis, planèque desperatis, publicè de-  
 iecto, ac prostrato. Non prætermisit filia Catholica apud  
 matrem obstinatam in eâ curam insistere, sineret vel vni-  
 cam congressionem adhuc suscipi circa translationem bi-  
 bliorum, qua de re peculiariter se vtrumq; auditurâ pro-  
 miserat: & promissum hoc vel mille talerorû iactura se  
 redempturam potiùs respondit illa, quàm passuram, vt  
 fides sua, quam non nisi debilitatam agebat per dispu-  
 tatores in apertius discrimen adduceretur. Sensit hoc  
 idem abiens licet, Rigensis Proconsul, testatusque est se  
 nihil non moturum fuisse ad eam impediendam dispu-  
 rationem; quod ministrum quidem virum doctum, at  
 non tamen egregium nouisset disputatorem. Vtinam, ai-  
 bat, altervtrius exaruisent pedes, quum descensum es-  
 set in arenam. Stomachati sunt è Mitauensibus ciuibus  
 permulti, Ministrum nil egisse publicè fatebantur, non  
 defuturos vel è plebe, qui respondissent acutiùs. Ducif-  
 sa tam secundo læta successu constanter, palamque affir-  
 mauit se hæretica si in eum diem mansisset, Catholicam  
 post eiusmodi concertationem auditam certò fuisse fu-  
 turam. Omnem itaque spem parenti præcidit; aliò à se-  
 mel agnita veritate deuiandi. Pater vbi Rigam redijt  
 summa totius gestæ rei capita, & argumenta in aduersa-  
 rium contorta scripto accuratiore comprehensa ita ple-  
 risque communicauit, vt intra paucos dies iam ab his,  
 iam ab illis è ciuibus, & Nobilitate auidè exscriberen-  
 tur: sicque impudentiora temerarijs ora obstruerent, &  
 leues vulgi sinistros sparsos rumores dispellerèt in auras.

I T V M deinceps est ad arcem Liuoniæ Nitaiam  
 dictam, eius Præfecto quamuis Lutherano, suafu, & hor-  
 tatu viri Catholici Sacerdotem quempiam è Nostris po-  
 scente ad filiam impuri possessione spiritus emancipan-  
 dam. Conatus id fuerat ante per Lutheranicos imposto-

res

res efficere: at cùm frustra ij, suamquẽ in confusionem Catholicas adiurationes demurmurassent, acriorem insuper nefando dæmoni rabiẽ conciuerunt: qui dignam planè omni miseratione virginem non solùm agitatione corporis in saltibus, risibus, horrendis edendis vocibus propè enecabat, at cibi etiam, potionisque omni profus vsu, nonnunquam decem, aliquando totos quatuordecim dies ei violenter adempto maceratam; alijs præterea modis ad consciscendam sibi mortem impellebat. Porro sensit illicò inita de Nostri accersendis consilia tametsi ne verbum quidem vllum ea de re à quoquam virgo audisset: imo illi ipso tempore, quo Rigæ in Collegio R. P. Viceprouincialis tum fortè præfens in deliberatione versabatur cum Patribus; quinam & quot essent mittendi, cumquẽ destinati ad eam rem fuissent Patres duo, & vnus è fratribus, ipse perinde ac præsentem cerneret omnia, efferebat propalam Patres confertis occupatos sententijs tres mittendos decreuisse; Vnus ait, inter hos ipse Rector; addebat, se illos nolle quodlibet essent vertice, & resecto mystace: Lutheranos potius quos & per nomina singulos recensuit, Prædicantes fuisse accersendos contendebat. Cumquẽ duobus ab arce milliaribus noctis ingruentis tenebræ Nostros retinuissem, ne hoc quidem nequam illum fugiebat, quin imò quam propè essent expresso loci nomine euulgabat. Tandem secunda hora, à nocte media, cum ad oblesiam peruenissent, omnes adhuc circa eam vigilantes repererunt. Triduo statim præmissis ieiunio negotiũ Deo prosperante, ex voto demùm perfecerunt. Elatis ad quemvis horrore concutiendum clamoribus in corpore quatuordecim dierũ exhausto inedia (in quo nihilominus vi magna continendò tres lassescabant viri) delæuiebat lattrator ferocissimus, ijs potissimum temporibus, quibus triduo dicto diuinum p̄agebatur mysterium; at multo magis



magis dum sacris perurgeretur comprecationibus, quæ horam circiter vnam durarunt. Edicere nomen iustus, Melana, inquit, vultu ad arrogantiam efformato, sum: tum latinè subiunxit, Vana gloria. Non minus religione, quàm horrore spectatores completi Lutherani omnes (vnico virginis dempto patruo qui Catholicus est) non solum reuerenter, quos vocant exorcismos, audiuere, sed etiam quas cachinnis præ more suo vbique assolent excipere coerimonias ipsas, tum religiosius obseruarunt, tum dæmone obsessam importunius versante adiuuerunt, vt in stola ad energumenæ collum applicanda, ita in signo crucis ad pectus eiusdem efformando, aqua lustrali subministranda, neque vnquam genibus nixum conspexerunt Sacerdotem, quin idem sibi faciendum putarent, languido deinde ac fluenti capite, ac toto penè corpore sub adiurationum exitum in tenentium brachia demisso tremendum, ac salutare I E S V nomen vltro ingeminans. O quanto, inquit, nunc leuata sum pondere: & ad Sacerdotem conuersa, Tibi, inquit, quòd huc non grauatè iter susceperis ago gratias. Admonita vt signum Crucis viuificæ corpori imprimeret, annuit perlibenter, sicque exosam olim quamuis corporis refectionem, sensum admittere, & viribus, atque incolumitati cœpta est restitui. Placatus nobis est hoc anno acerbus ex antiquo Nostorum hostis duabus proximis præfectus arcibus. Atque Calvinus licet illi num perplaceat, Nostros tamen maiori quàm antea significatione amoris excipit, filiosque aliunde retractos nobis commisit informandos.

## COLLEGIUM DERPATENSE.

**M**EDITATIONES Societatis curandae animorum affectionibus admodum salutaris poposcere a Nostris vnus Paroeciae cuida profectus: alter eidem muneri dedit se volens lucris inipiandus: adhuc Illust. cuiusdam viri medicus. Vnuerſae vitæ, aut permultorum certè annorum noxas quodringenti vt minimum debita exomologesi diluerunt. Quod Lutherum secuti exciderant a fide in castra Ecclesiae retulere sese octo & viginti. Schisma vnione cum Ecclesia Moschi decem circiter commutauere. In matrimonijs aut vagi, aut dubij, certis constricti legibus toridem pariter compleuerunt. Diuinis in sacra Collegij aede refectis populis ad quatuor millia ducenti sexaginta septem. Pars ad eandem adhibiti caelestem mensam nongenti octoginta sex. Trecenti spirituali renati lauacro. Octo, & viginti, ea quæ ad solemnem eiusdem mysterij ritum spectant apud Nostris obtinuerunt. Ciuum erga nos studia plurima & patientiora extitere, quam vel potuissemus ab ipsis Lutheri spiritu antiquitus imbutis sperare, Pseudomythi præsertim nunquam non sufflatibus ad odium, inuidiamque nobis conflandam. Quamobrem mutationem Collegij Præsidum anno ineunte Senatibus, vt accepit futuram honoratioribus ad Collegium legauit è suis, qui abeuntibus Magistratu Rectori valefacerent, iuxta & ineunti gratularentur. Collegium instauratis ruinosis ædificijs hoc decimum anno absolutiorem, & ad elegantiam aspectabiliorum sortitum est formam. Templo Deiparæ Virginis quod Nostris hic est peramplum attributum, sonantior,

maior

maiorque accessit campana, contributa fermè à pijs viris  
 perliberaliter pecunia septingentorum, & amplius flore-  
 norum. Perfectum etiam est Nostrorum diligenti opera,  
 vt Ecclesia D. Laurentij titulo, olim ferè semiruta, ad  
 prædium Seminario adscripta, pristinam cum elegancia  
 firmitatem habeat iam redditam. Pergratum est id omni-  
 bus illac vltiò, citroq; iter agētibus. Est enim ad publicā,  
 & frequentem viam, ac inter ceteros hæreticorum etiam  
 audita sunt approbationes; postliminiò tandem eiusmodi  
 erigendis parietibus antiquam illam sensim restitui spe-  
 ciem Liuiorix, & probatissimam pietatem. Ad publicam  
 solemnemque Diuinitus Eucharistia pompam, per fo-  
 rum plateasque vrbis fieri ex sacra Collegij æde solitam  
 amplissimus, ac dignissimus Antistes permultum hoc an-  
 no contulit. Permoti namque ipsius auctoritate ciues,  
 quamquam hæretici deesse ipsi quoq; in augustiore pro-  
 mouendo apparatu noluerunt. Propylæa primùm, fo-  
 relq; ipsas, & compita frondium virore (quod ne Archi-  
 minister quidem prætermisit) passim conuestite, longos  
 præsidiariorum militum sclopetis instructos ordines fe-  
 stiuissime ducere, grandiorumque displosione machina-  
 rum procurare sunt visi. Talis autem, ac tantus fuit reli-  
 quus apparatus, eaque populi vndique se effundentis  
 multitudo, vt à Catholica reducta religione nihil simile  
 Derpatum conspexerit.

## COLLEGIUM NIESVVISIENSE.

**H**A parte anni, qua morbi quidam multo cet in hac ciuitate quam alibi mitiores affligebant plerisque (quod quidem vere eunte illapsum in multam perdurauit aetatem) perpetuo laboratum est à Nostris circa ægros, abrendis primùm animorum subsidijs, siue ad æquanimiter ferendam calamitatem opportunis exhortationibus, siue ad emigrandum è mortalitate ad immortalem vitam in fiduciam post cætera remedia erigendis, tum suppeditandis etiam vitæ necessarijs. Fame etenim etiam hoc est laboratum, perinde ac circum Vilnam, & in alijs magni Ducatus Lituaniæ partibus. Et quoniam præ liberalitas hæc huius Collegij colonis debebatur, cuius penè hoc anno collectas ad prædia fruges in ipsos oportebat dispertiri. Quatuor hæretica infecti labe curati, quintus eiusdem farinae, in fingenda religione certum lumentum gratia, vt sibi videbatur, peracutus, conscientiam rati flagitij testem, ac permolestam accusatricem diuini sustinere cum non valuisset, fidem suam, quam externum dumtaxat effinxerat colore: re ipsa omni remoto fructu constabiliuit apud nos.

**I T V M** est ad remotiora Russiæ loca, bis Nostris edacercitis: in alia viciniore crebrius, ibi bene à Nostris collocatam operam testata est in hominibus illis maior rerum diuinarum notitia. Restincta odia perniciofa, quibus nos contemnenda familia contra alteram potentem exarserat.

**I V V E N T V S** quæ scholas nostras frequentat, vt ita

præfens curæ nostræ respondet præclarè, ita in futurum  
 optima quæque pollicetur: cum nonnulli ad hæreticorum  
 scholas abstrahendi, parentum arbitrium constantiâ recu-  
 sandi vicissent, quod idem post scholas in aulis Catholi-  
 corum potius, quam hæreticorum contra iudicium pare-  
 tum amplectendis, imitati sunt. Excelluere inter cæteros  
 ij qui tutelæ B. V. se addixerunt. Id præter cætera aliàs  
 facta, publicæ in exitu Quadragesimæ flagellationes  
 (quas à se hic inchoatas continua singulorum annorum  
 usurpatione sibi vendicarunt) patefecere. Non pauci ab  
 illorum exemplo pertracti ad imitandum fuere. Ultra ve-  
 rò cætera in hoc genere facta, prouexit eos feruor anno  
 præfeti, in alijs duobus templis longo interuallo à nostro  
 distitis per modum supplicationis adeundis, toto hoc iti-  
 nere in dorso sua defœuentium, cantu ad id accõmodato,  
 agmina prosequente. Hisce omnibus illud coronidis loco  
 apponi potest, nec ab externarum rerum accessione nos  
 destitutos fuisse. Accessit enim templi nostri suppellectili  
 opus, & pretio, & arte spectandum, SS. Sacramento sup-  
 plicationum sollennium tempore, continendo, ac publice  
 in altari exponendo seruiturum, quinquaginta marcarum  
 pondere constans, hoc est, quingentis, & amplius florenis  
 æstimatum.

RELIQUA præterea Collegio pars hoc anno in æ-  
 dificijs addita, quæ hæctenus desiderabatur è quatuor.  
 Hæc amplas scholas infra continet, cum area in longum  
 ante eas excurrente, supra tredecim pro Nõstris cubicu-  
 la exstructa:

## R E S I D E N T I A V V A R S A V I E N S I S.

**P**ER PAUCI quidem in hac vinea Dominica-  
no superiore colia Nostris cepta, suere ope-  
rarij copiosos tamen Deo sit laus fructus co-  
portarunt. Tâto numero concurrunt ad nos de  
peccatis confitentes ex alijs etiam præter Civitatem lo-  
cis, vt omnibus satisfacere nequaquam poterit. Vnus no-  
ster Sacerdos ter mille, & ducentos sibi confessos nume-  
rauit. Non mediocri ex parte Clerus è vicinis etiam op-  
pidis (is autem potissimum qui ad Collegiatam Ecclesiam  
Deo deseruit) perpolitus incumbente in eam rem Epis-  
copi Vicarijs qui eos Sacerdotes, quos minus officij  
maduertit esse memores, ad nos dirigit, eosque nobis  
committit informandos. Ex his quatuor supra decemto-  
tius vitæ peccatorum confessione perpurgati. Hæretici  
octo, schismatici duo Ecclesie reconciliati. Præter hos  
adolescens quidam natus parentibus anabaptistis post  
instructionem in ijs quæ ad fidem pertinent, sacro fonte  
ablutus. Duæ scemina pudicitie prostituta ad sanio-  
rem mentem reductæ.